



Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

Busenbaum, Hermann

Coloniæ Agrippinæ, 1707

Q. 46. Quid debeat facere Sacerdos, si simul vocetur ad baptizandum infantem & ad absolvendum adultum, quorum alter certò morietur absque Sacramento, si postponatur alteri.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42634

mantis Deum : Econtrà *Hautinus* in patr: defunct: à n. 627. citans pro se *S.Thomam Suar: & Lug:* fusè contendit, id esse laudabilius, quia per actum illum Charitatis plus meretur gratiæ & consequenter gloriæ sibi & Deo per totam æternitatem. An autem sit obligatio juvandi defunctos, videri potest *Haut:* à n. 438.

180. §. 5. Probabilius videtur , quòd possim ad tempus velle carere gratiâ Dei vel beatitudine pro impediendo peccato vel damnatione Proximi , uti rectè *Ovied.* n. 15; multò magis etiam potero secundùm ordinatam Charitatem omittere actus bonos , ut sic impediā majora mala proximi; non possum tamen ideo velle peccare etiam levissimè, & ut volunt *Arr.* & *Ovied.* n. 23, non possum velle in perpetuum carere beatitudine etiam pro totius mundi salute , quamvis hoc absque peccato contingere posset , quia tenor ultimò tendere ad finem meum , quando possum sine peccato; in hoc tamen contradicunt alii cum *Bonæfhei* d. 4. n. 10., docentes eum esse actum excellentissimum Charitatis , & favent exempla quorundam Sanctorum.

181. Q. 46. *Quid debeat facere sacerdos , si simul doceatur ad baptizandum infantem , & ad absolvendum adultum , quorum alter certò morietur absque Sacramento , si postponatur alteri.* R. Si adest Laicus, qui baptizare poscit, debet eum mittere ad infantem baptizandum , & ipse ire ad absolvendum adultum : si autem nemo adest, qui baptizare poscit , debet infantem præferre adulto , infans enim certò periret , non item adultus , qui fortè non est in peccato mortali , vel per contritionem se juvare potest : hoc autem est

arri-

arripiendum, quod minùs habet de periculo, utl
docet S. Thom. 3. p. q. 83. a. 6. Ita cum Gob. Steph.
t. 3. d. 3. d. 1.

Circa ordinem Charitatis aliqua addentur l. 3.
p. 1. à n. 719. & 731.

*D V B I V M II.**De odio, & dilectione inimicorum.*

Certum est, inimicos aliquo modo diligen-¹⁸²
dos, cùm sint proximi, cum S. Tho. 2. 2. q. 25. a.¹⁸²
1. communiter omnes. Sed quæritur de modo, &¹⁸²
an possint odio haberi.

Resp. I. Quilibet homo, saltem privatus, tene-¹⁸²
tur proximo, etiam inimico, communia dile-¹⁸²
ctionis signa & beneficia exhibere ex præcepto;¹⁸²
specialia verò ex consilio tantum, nisi aliunde¹⁸²
ratio obligationis accedat. *Ita communiter cum¹⁸²*
Laym. l. 2. t. 3. cap. 4. ex S. Thom. l. c. q. 25. a. 8. &¹⁸²
9. Dixi 1. communia: qualia secundum Cajet. V.¹⁸²
odium, sunt, quæ Christiano debentur à quovis¹⁸²
Christiano in communi, concivi à concive, co-¹⁸²
gnato à cognato. Ratio autem est, quia ista ne-¹⁸²
gare, est vindicare injuriam, quod non licet¹⁸²
privato. Dixi 2. nisi aliunde accedat ratio obligatio-¹⁸²
nis, qualis esset v. g. 1. Timor scandali ex omis-¹⁸²
sione. 2. Spes salutis inimici, ut vid. Azor p. 2. lib.¹⁸²
12. cap. 3. 3. Necessitas temporalis vel spiritua-¹⁸²
lis. 4. Culpæ deprecatio, & exhibitio speciali-¹⁸²
um signorum amoris. Ratio, quia his casibus,¹⁸²
neglectus specialium signorum esset exterior¹⁸²
odii declaratio. Laym. l. c. Unde resolvet Casus se-¹⁸²
quentes;

K 2

I. Per